

simpliciter esset transcendendum Si vis perfectus
haurire lege humiliter simpliciter et fideliter.
nec unquam velis habere nomen sancte. Interro-
ga libenter et audi tacens verba sanctorum nec
tibi displiceant parole seniorum. sine causa enim
non proferuntur.

De inordinatis affectionibus Capitu. vi.

Vandocumque homo aliquid inordinate
appetit. statim in se inquietus fit. Su-
perbus et avarus nunquam quiescunt.
Pauper et humilis spiritu in multitudine pa-
cis conuersantur. Homo qui necdum in se per-
fecte mortuus est: cito temptatur et vincitur
in paruis et in vilibus rebus. Infirmus in
spiritu et quodammodo ad huc carnalis ad sen-
sibilia inclinatus difficulter se potest a terrenis de-
siderijs a toto abstrahere. Et ideo sepe habet
tristitiam: cum se subtrahit leuiter. Etiam dedigna-
tur si quis ei resistit. Si autem persecutus fue-
rit quod concupiscat: statim ex reatu conscientie gra-
uatur. quia secutus est passionem suam que nihil
iuvat ad pacem quam quesivit. Resistendo igitur
passionibus inuenitur vera pax cordis non autem
seruando eis. Non est ergo pax in corde homi-
nis carnalis. non in homine exterioribus de-
bito: sed in seruido spirituali.